incipientes foveam ad pedem montis
processerunt propter ruinam
et ne laborantes offenderent pro-
iecti lapides de castello lignis coope-
rientes eandem et cum immodera-
tis angustiis pervenientes ad tur-
rim foderunt ipsam similiter et
muros aptando ligna sub ipsis ut
in ictu ruerent igitur conbustis
castellanis interius destruentibus
muros et bellum mirabile facienti-
bus cum eisdem. Iterum videntes do-
mini supradicti eorumdem appropin-
quare necem et ceterorum existentium
cum eisdem paruerant licet inviti
carcerem relictis omnibus postu-
lantes. Igne vero sub terram accenso
hedificia omnia ceciderunt et omnia
in momento a radicibus sunt evulsa
per dies XL. laborantibus Florentinis.
Anno M. CC. vigesimo mense iulii.
Unde quidam spiritu prophetat.
O Mortennane non est tibi nomen inane.
Mors tua mors dura multis dabit aspera